



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnium  
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

7 de Iuramento calumniæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)



Et in eod. item & tutores, d. l. 2. §. quod obseruari, C. de iur. cal. Si noluerit actor iurare, cadit iure & actione: reus nolit, pro confessio habetur, si non fuerit, de iure iur. P. l. delata condicione, C. eo. c. si de iur. cal. l. 2. §. quod si actor, C. eo. Remittitur tamen patrono, & parentibus, in iurandum, quod ad pecunias, §. qui iurandum, de iure iur. P. l. de die ponenda, §. iubetur, qui satis cog. P. Suidas ia ver. utroque, refert automafiam fuisse actionem contra aliquem iurandando firmatam, de iniuriis quas sibi factas diceret scriptam, dum inquit, deferebant ad magistratus tam actores, quam rei de controuerfia ex quo utrique iurantes: alteri, se vere accusaturos, alteri se vere respondenturos esse. In cont. Franc. l. ann. 1339. art. 3. §. idem statutum fere. Sic enim statuitur: Et seront tenus les parties affermer par serment des faits contenus en leurs escriptures & additions: Et par icelles ensemble par les responses aux diuers interrogatoires confesser ceux qui seront de leur science & cognoissance, sans les pouuoir desnier ou passer par non scauance.

Interrogationes in iudicio etiam fieri nemo ambigit, per ei quae traduntur in tit. De interrogat. action. & per art. 37. ciuid. constit. Francic. 1. Fiant autem vel quando Iudici videbitur, & in quacumque parte litis, in his quae expressa sunt a litigantibus apud Iudicem, ut in hereditatibus, vel in aliis rebus quae in causis vertuntur, & in illis quorum difficultas est probatio, l. ubi cumque, 22. de interro. act. P. l. 2. §. vi interrogatus confitendo vel mentiendo, se se oneret responsione, l. voluit prior, eod. Ideo sunt positiones quae dicuntur facti, de quibus interdam statuit Index aduersarii responsurum, dicunt in praxi, qui ille se fera ouyr cathogoriquement.

In quo & Iudici & aduersario consideranda sunt naturae positionum, quibus quis tenetur, vel non tenetur respondere, primo, ne cogatur respondere positioni incertae & confusae: quia responsio nihil releuat Iudicem, cum non faciat probationem, l. ad probationem, C. de probat. c. presentia eo. arg. l. 1. §. si quis argutum, de depol. P. Secundo, si non faciat ad causam, vocaturque in praxi, facti impertinent. Tertio, si iam fundauerit suam intentionem reus, & positiones contrarias actor ponat: quia dubia causa amplius non est, Bal. ad c. 1. de probat. l. in l. admonenda, n. 6. gl. in l. 1. c. eo. de reb. cred. Quarto, si positio superflua est, ut si alias idem responderit, vel in quacumque lites, vel alibi, Bal. in l. amplior, §. in refutatorius, de temp. appel. §. in l. contrariis, §. illo, C. de non nu. pec. Quinto, si fiat de facto alieno & alterius, quam interrogati, l. qui interrogatur, cum gl. de inter. act. P. Sexto, si positio negatiua, quae probati non potest, e. quoniam contra, de proba. c. 1. de confes. in 6. gl. in l. 1. c. eo. Septimo, si captiola, per rationem in fundo de rei vind. Octauo, si contraria a liti propolite positioni: quia allegans contraria non est aud edus, l. 1. C. de fur. l. eum qui, §. l. contra maiores, §. de inoffic. test. l. per minore, de iud. P. Nonno, si positio sit rei quae iuris communis dispositionis est: ius enim certum est, l. ornamentorum, de aor. §. ar. l. e. P. l. 2. de iur. & fact. ign. P. nec eget probatione: contra, si statuti ciuitatis vel municipalis esset.

Ex interrogatiombus & positionibus sequuntur confessiones vel negationes. Confessiones sub Iudice factae, vim probationis habent contra consentientem, l. non alienum, d. l. de atate, 12. §. qui interrogatus, l. 1. de confes. C. l. ius vel natura non repugnet, l. confessionibus, 14. l. si cuius, 15. de interro. act. & error non interuenit, l. de atate, §. ex causis, §. l. qui iusto errore, e. & si alia omnia interueniant, quae probat gl. ad l. C. de confes. & in fauorem tantum eius, cuius causa interrogatus fuit, non aliorum, l. si eo. P. Na & illius etiam expensis interrogatio fieri debet, non interrogati, arg. l. generaliter, §. his, de reb. cred. gl. & Bar. in l. 2. §. de fen. d. ex quib. cau. in pos. cat. P. l. sed & si, §. 1. ad exhib. P. nec alterius: & ad eum totum, commodum pertinet probatio nisi mendacii, si interrogatus mentiatu respondendo, in l. non alienum, §. l. de atate, §. si cui esse, §. l. 4. de interro. act. P. Quod si neget interrogatus, fit coartatio, & ad iuramentum calumniae prius, postea ad alias probationes perueniendum est. Formula porro iuramenti de calumnia, secundum negotiam in quo iuratur exigitur.

Actor iurat, non calumniae animo hrem se mouisse, sed existimando se bonam causam habere. Reus, quod putans se bona instantia vti, ad reluctandū perueoit, l. 1. §. 2. de iure iur. prop. cal. §. 1. de pa. seme. litig. Ad illi iustitia iurare debere etiam, nullam in tota lite se exacturos probationem, nisi quam pro veritate putatine esse necessariam, aurb. in i. §. de iure iur. prop. cal. §. in de iis qui ingred. ad appell. in aurb. Quod nihil penitus causa patrocinii iudicibus, vel alii cuiusque personae pro hac causa dederint, vel promiserint, vel postea dabunt per se vel per interpositam personam: exceptis quae leges dare permittunt, aurb. principales, de iure.

prop. cal. §. 1. ut litig. iur. in aurb. In aliis, in quibus causae natura alia est, quod quisque credit & existimat iurandum est, d. l. 2. §. quod obseruari, de iure prop. cal. C. iurā d. alia Aduocati formulae etiam, liti hrem non nouam, §. patroni, C. de iud. Alia Iudicis, in l. 1. C. de iure iur. prop. cal. Procurator porro iurat in animam consentientis; & solum cum speciali mandato, Barr. in l. 2. §. si eo. tit. §. 1. In Gallia aduocati non praestant iuramentum hoc calumniae non inferendae in singulis causis, sed vel semel dum admittuntur ad subellia generaliter eo ipso iuramento se obstringunt pro omnibus: vel in curiis supremis, semel in anno singulis Martinibus inaugurationibus. §. Ceterum, non quilibet potest petere hoc sacramentum ab ipsis litigantibus iure, sed tantum is qui positiones constituit, cuius solius interest: deo si petatur, commissio eius non vitiat gestū iudicio. Et si non petatur, remissum esse censetur, e. i. de iura: cal. in 6. Hosti. in Sum. ut lit. non cont. n. 3. aurb. hoc sacramentum, C. de iure iur. prop. cal. d. and. Index tamen illud exigere potest in quacumque parte litis, secundum Baldum, etiam post conclusionem, Bald. in l. 1. §. sed nunquid, de iure, prop. cal. C. In eo tamē quod per conclusionem exigatur, gl. in c. ex licetis, de iure iur. dissentit, & illam communiter Doctores sequuntur. Alii, qui iuramentum hoc, semper recte petitur. §. Finis namque propter quem iuramentum inuentum est, iam aduenit, & postea fero sapient Iudices: is enim est, litium facilius & promptior terminatio. Nam sacramenti timore, contentiosa litigantiam instantia compescitur, l. 1. eo. §. de pa. seme. litig. Instantia autem iam peracta est aduentente conclusionem negotii: & ita tacite remissum iuramentum de calumnia; perinde ac si non necessarium visum fuerit, & ita non vitiat omisso actum: quanquam expresse remitti a litigantibus non possit, videlicet ubi opus est eo, l. 2. §. sed quia veremur, de iure iur. prop. cal. C. Sic enim non expressa non nocent, quae expressa nocent, l. si quis Sempronius, de hered. inst. P. l. nonnunquam, de cond. & demon. P. quia & de las futuras remitti non potest, l. si vnus, 20. §. illud nullā pactione, de pact. P. quamvis commissus remittatur, l. cum donatio, C. de transact. Nec valent pacta quae inducunt ad delinquendum, l. conuenire, de pact. dotal. P. l. alia lege, §. eleganter, sol. mar. P. §. Satius tamen, si requiratur, visum est ante lite adhiberi, ut circumcidantur lites, c. finem litibus, de dolo & comu. l. properandum, de iudi. C. l. fratris, C. de trans. Item ad emittendam vexationem litigantium, l. de die ponenda, §. §. iubetur, qui satis cog. P. c. de accusat. dicunt & fauorabile esse iuramentum calumniae iuranti, ut si calumiose praesumatur quippiam, & perperam dictum sit per eum, excusetur propter iuramentum: non tamen immunitatem habeat ab expressa calumnia, Bartol. in l. si quis, §. si bellonatus, ad Turpill. Bald. in l. si tibi, de lib. cau. C. Etenim receptū est, etiam finita causa civilis, posse de calumnia accusare reum, gloss. in l. 1. §. in priuatis, ad Senat. Turp. P.

De Dilationibus. 8.

Lib. 2. Tit. 2. Lib. 3. Tit. 1. Lib. 2. Decret. tit. 8.

- 1 Dilatio quid.
- 2 Tempore res sunt & pereunt.
- 3 Dilationes iudiciales, extraiudiciales, & conuentionales quae, & quotuplices, dantur secundum res, de quibus agitur, & quae consideranda in illis praesigendis, nu. 4. & 5.
- 6 Deliberatorie indolae quando in iudicio danda sint, & ubi.
- 7 Dilationes plures in iudicio quando dantur.
- 8 Appellationes duae preparatoria, dilatoria quae.
- 9 Probans causa dilatio cuius temporis, & quando datur & pro quibus, & quot, nu. 10.
- 11 Dilatio prorogata & noua quomodo differant, & quid sit prorogatio.
- 12 Dilatio data a iudice litigantibus quando possit per illū reuocari.
- 13 Dilationum spatia continua, nec interpolata ferri.
- 14 Dilationes extraiudiciales a quibus dantur: & a quibus iudiciales, nu. 15.
- 16 Dilatio civilis, & necessaria.
- 17 Dilationes quae forma danda.
- 18 Dilatio ad cuius utilitatem pertinet. Finis dilationum, & rationes, nu. 19. & 20.

In omnibus fere iudici partibus, incidit mentio de dilatione, & maxime ubi de consultando & probando questio vertitur. Proinde de dilationibus ante quā ad probationes perueniamus, quaedam compendiose admonebo. Dilatio est, spatii temporis ad aliquid agendum vel dicendum constitutio, vel extensio, per consensum quorum interest, vel per legem, vel per Iudicem facta.